

dicta est lex, ut quæcumque acciperent a populo ex A decimis, decimas darent Sacerdotibus, ut existimaretur eis tamquam oblatio. Initio eorum traditæ sunt illis etiam civitates Refugiorum sex, et harum prata sementina in circuito cuiusque civitatis cubiti duo millia, et aliæ civitates XLII; sacerdotibus quidem decem, Levitis vero XIII.

Puto latius nos dixisse, quam speravimus, tamen necessaria pro his qui scrupulosius requirere voluit et multa legerunt: quos existimo facile percipere quæ scripta sunt: sed et illi qui pauca legerunt, facilius ad intellectum possunt pervenire ex illis, quæ a nobis per breviam inquisitionem declarata sunt.

SECTIO XVIII.

Macedonum Reges juxta Alexandrinos.

Alexander filius Philippi, post Darium annis VII
Ptolemæus Lagi socer, annis LII.
Ptolemæus filius, Philadelphus, annis XXXVIII.
Ptolemæus filius, Evergetes, annis XXX.
Ptolemæus, Evergetæ filius, annis XXV.
Ptolemæus Philopator, annis XVII.
Ptolemæus frater, annis XIII.
Ptolemæus Fuscus, annis II.
Evergetes annis XXVI.
Ptolemæus Alexas, annis XX.
Alexander frater Ptolemæi Alexæ, annis XVIII.
Ptolemæus Dionysius, annis XXI.
Cleopatra filia, annis XXV.
Fiunt insimul anni CCCXLVI.

Sequentia absunt a Canisio.

SECTIO XIX.

Imperatores Romanorum.

Augustus annis LVII.
Tiberius annis XXII, mensibus VII, diebus XXIII.
Caius annis III mensibus novem.

Claudius annis XIII, mense uno, diebus XXVIII.
Nero annis XIII, mensibus octo, diebus XXVIII.
Galba mensibus quinque; diebus XXVI.
Otho mensibus octo, diebus septem.
Vitellius mensibus novem, diebus XV.
Titus annis tribus, mensibus duobus, diebus duobus.

Trajanus annis XVII, mensibus octo, diebus sex.
Hadrianus annis XX, mensibus decem, diebus XXVIII.
Antoninus Pius... mensibus octo, diebus XXII.
Marcus annis XIX, mensibus quinque, diebus duodecim.

Commodus annis XII, mensibus octo, diebus XXIV.
Ælius Pertinax mensibus septem.

B

Julianus mensibus duobus, diebus septem.
Severus annis XIV.
Antoninus, cognomento Caracalla, Severi filius, annis sex, mensibus novem, diebus duobus.
Macrinus anno uno diebus sex.
Antoninus annis sex, mensibus octo, diebus XXVIII.
Alexander annis tredecim, diebus novem.

SECTIO XX.

Regum Hebræorum.

Saul annis XXX. David annis XL. Salomon annis XL. Roboam annis XVII. Abia annis tribus, Asa annis XII. Josafat annis XXV. Joræm annis novem, Ocosias anno uno, Gotholia mater annis octo, Joas annis XL. Amessias annis XXXVIII. Ozias annis LVIII. Jotham annis XVI. Achas annis XVII. Ezechias annis XXXIX. Manasses annis LV. Amos annis duobus, Josias annis XXXV. Joachim frater Joachaz annis XI. Joachim filius Hemeras, annis tribus captivitatis, Sedecias annis XI. Nabuchodonosor redux annis XV. Cymaroth filius annis XII. Baldasar frater annis XIV. Darius Assuerus annis XLIII. Cyrus anno primo.

Cætera deerant in ms. exemplari.

ANNO DOMINI CCL.

CELERINUS, LUCIANUS, CALDONIUS, MOYSES, MAXIMUS, NICOSTRATUS, RUFINUS
ET CÆTERI CONFESSORES ECCLESIAE ROMANÆ ET AFRICANÆ.

EPISTOLA

CELERINI AD LUCIANUM.

(Pamel., Rigalt., Baluz., Paris., xx. Oxon., Lips., XXI.)
ARGUMENTUM hujus et sequentis Epistolæ habes istud in Epistola Cypriani XXII. *Exempla quoque, inquit, Epistolæ Celerini boni et robusti confessoris quam ad Lucianum eundem confessorem, scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis, ut sciretis et laborem circa omnia et diligentiam nostram, et veritatem ipsam disceretis: Celerinus confessor quam sibi timoratus, et cautus et humilitate ac timore sectæ nostræ verecundus: Lucianus vero circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, minus peritus, et circa invidiam verecundiæ nostræ relinquendam facilitate sua molestus. Nam cum Dominus dixerit, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti Gentes tingui, et in Baptismo peccata dimitti: hic præcepti et legis ignarus, mandat pacem dari et peccata dimitti in*

Pauli nomine, et hoc sibi dicit ab illo esse mandatum: sicut in litteris ejusdem Luciani ad Celerinum factis animadvertetis, etc.

Hanc vero et sequentes epistolas, ne Baluzianum opus nimium discinderetur, inter Epistolas Cyprianicas ad totum quartum rejectas, eo tamen loci, propter accuratam chronotaxim, revocavimus. Vid. infr., l. IV, col. 274.

EPISTOLA

LUCIANI AD CELERINUM.

(Pamel., XXII. Rig., Baluz., Paris., XXI. Oxon., Lips., XXI.)
Vide præcedentis Epistolæ argumentum ex S. Cypriano acceptum, et notam qua alias hæc Epistola remittitur. Infr. l. IV, col. 279.

EPISTOLA

OMNIUM CONFESSORUM AD CYPRIANUM.

(Pamel., XVII. Rigalt., Baluz., Paris., XVI. Oxon., Lips., XXIII.)
ARGUMENTUM. *Libellus Martyrum nomine a Luciano scriptus. Vid. infra, tom. IV, col. 268.*

EPISTOLA I.

CALDONII AD CYPRIANUM ET COMPRESBYTEROS CARTHAGINI CONSISTENTES.

(Pamel. xix., Rigalt. Baluz. Paris. xviii., Oxon. Lips. xxiv.)
ARGUMENTUM. — *Cum lapsorum quidam, nova urgente persecutione, Christum confessi essent atque adeo antequam in exilium proficiscerentur, pacem peleverent, consulit Cyprianum Caldonius an pax illis danda foret.*

(Vid. infra, tom. iv, col. 271.)

EPISTOLA

MOYSIS ET MAXIMI PRESBYTERORUM, NICOSTRATI ET RUFINI DIACONORUM ET CÆTERORUM CONFESSORUM IN FIDE VERITATIS PERSEVERANTIUM AC ROMÆ CONSISTENTIUM AD CYPRIANUM.

(Pamel. Rigalt. Baluz. xxvi., Paris. xxv, Oxon. Lips. xxxi.)

ARGUMENTUM hujus epistolæ recitat infra epistola Novatiani nomine cleri Romani scripta. « *Quamquam, inquit, confessorum quoque quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ confessionis inclusit et ad certamen Evangelicum sua fides in confessione gloriosa jam semel coronavit, litteras habeas conspirantes cum litteris nostris, quibus severitatem Evangelicæ disciplinæ protulerunt, et illicitas petitiones ab Ecclesiæ pudore rejecerunt.* » — *Solatia quæ ex Cyprianis litteris perceperunt Romani confessores, grati agnoscunt.* — *Martyrium non pœna sed felicitas.* — *Voces Evangelicæ, faces ad inflammandam fidem*

A in lapsorum causa Cypriani sententiæ acceditur.

Fit ejusdem mentio in Epistol. Cypriani xxxii, eamque integram habes infra tom. iv, col. 290.

EPISTOLA

PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ROMÆ CONSISTENTIUM AD CYPRIANUM.

(Pamel. Rigalt. Baluz. xxx., Paris. xxix., Oxon. Lips. xxxvi.)

ARGUMENTUM. — *Ecclesia Romana sententiam suam de lapsis cum Carthaginensis decretis consentientem proponit.* — *Lapsis adhibita indulgentia ad Evangelii normam exigitur.* — *Pacem Confessoribus concessam gratia tantum et favoribus inniti inde constat quod lapsi ad episcopos remittantur.* — *Seditiosa pacis postulatio Felissimi factioni imputanda.*

(Vid. infra, tom. iv. col. 303.)

EPISTOLA II

CALDONII CUM HERCULANO ET VICTORE AD CLERUM CARTHAGINENSEM.

(Pamel. Rigalt. Baluz. xxxix., Paris. xxxviii., Oxon. Lips. xlii.)

ARGUMENTUM. — *Quod jusserat illis Epistola sua xxxvii Cyprianus, perficiunt Caldonius, Herculanus, et cæteri, ac clero abstentum Felicissimum denuntiant, ad ditiis eorum nominibus qui se illi junxerant. Est autem vetus forma litterarum excommunicatarum.*

(Vid. infra, tom. iv. col. 331.)

ANNO DOMINI CCLI.

MAXIMUS, URBANUS, SIDONIUS, ET MACHARIUS CONFESSORES ROMANI.

EPISTOLA

MAXIMI, URBANI, SIDONII ET MACHARII AD CYPRIANUM.

(Erasm. iii, 13^b. Pamel. Rigalt. Baluz. l. Paris. xlix., Oxon. Lips., liii.)

C ARGUMENTUM. — *Maximus et Confessores Romani Cyprianum certiores reddunt se ad Ecclesiam rediisse.*

(Vid. infra, tom. iv. col. 342.)

ANNIS CHRISTI CCL-CLII.

S. CORNELIUS,

PAPA ET MARTYR.

S. HIERONYMUS, *lib. de Viris Illustribus*,
 cap. lxvi, p. 148.

Cornelius ^a, Romanæ urbis Episcopus, ad quem

^a Cornelius Fabiano, qui A. 250, 20 Jan. martyrium subiit, successor datus an. 251, 2 Jan. fuitque episcopus Romæ ad a. 252, 14 Sept. quo Centumcellis in exilio obiit. Vide Jo. Pearsonii Annales Cyprianicos ad illos annos. FABRICIUS. — Cornelium minime ante paschalem anni 251 diem ordinatum esse, pluribus argumentis colligit Tillemontius, uti

D octo ^b Cypriani exstant Epistolæ. Scripsit epistolam ad ^c Fabium, Antiochenæ ecclesiæ episcopum, de

monuit Coustantius ad *Rom. Pontif. Epist.* pag. 123. Nonnihil autem de Cornelii morte, sicca an cruenta fuerit, infra dicendum est ad Concil. Carthag. iv.

ROUTH.

^b Hæ universæ octo ad Cornelium Epistolæ adhuc hodie exstant et inter S. Cypriani Opera leguntur, quemadmodum dux Cornelii ad Cyprianum.

FABRICIUS.

^c Nonnullæ edit. et mss. *Flavianum, Rufin, Fa-*